



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

75. Metuit ne ipse Crucifixerit Christum, monetque suos sollicitè, ne ipsi
Christum crucifigant.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

V.

AMATOR CRVCIFIXI

metuit ne ipse crucifixerit Christum, me-
 neque suos sollicitè, ne ipsi Christum
 crucifigant.

75.

S. PA-
CHOMIVS.

INTER Amatores CRVCIFIXI merito
 nominatur S. PACHOMIVS, ille Mona-
 chorum Patriarcha, cuius memorabi-
 lem visionem, cum ab Angelo Regu-
 lam monasticam accipere refert Dio-
 nysius Exiguus, sic scribens in eius
 Vita.

Visio.

Adfuerunt super eum (Pachomium)
 Angeli lucis, & Iuuenis in medio eorum,
 ineffabili pulchritudine, atque claritate re-
 splendens, qui instar Solis, ex se fulgoris ra-
 dios emittebat, habens super caput CORO-
 NAM SPINEAM. Et levantes à terra
 Pachomium Angeli dicunt ei: Quoniam
 peristi à Domino misericordiam, ecce ve-
 niet tibi misericordia tua. DEVS gloria
 IESVS CHRISTVS Filius DEI Patris
 unigenitus, qui missus est in hunc mundum,
 & pro salute generis humani CRVCIFI-
 XVS est SPINEAM ferens in capite CO-
 RONAM. Et Pachomius ait: Oro, Domi-
 ne, nunquid ego te CRVCIFIXI? Et Do-
 minus placidior ait ad eum: Non tu qui-
 dem

dem CRUCIFIXISTI, sed parentes eius
nimirum, idololatræ, vel impij,

Cæsarius lib. viii. Miracul. cap. 27. Impij Cru-
Hoc scias quod vsque hodie Christus cifiunt
in suis membris crucifigatur, nunc à Iu- Christum
dæis, nunc à Saracenis, nunc à falsis
Christianis. Vnde per Malachiam cap. 3.
conqueritur dicens: Si homo configit
DEVM, quia Vos configitis me. Item. Et
me Vos configitis gens tota. Christia-
nos nostris temporibus à Iudæis Cru-
cifixos audiui: à Christianis aliquem ad
litteram esse crucifixum nondum au-
diui. A Saracenis nuper fuisse Crucifi-
xos intellexi.

CVM Damietta per obsidionem mul- Christiani
tum esset arctata, quidam ex paganis Crucibus
occulte exeuntes è ciuitate, tum vt appensi
Christiani fierent, tum vt mortem eua-
derent, ad nostros confugere cœperunt,
quos Saraceni insequentes, & compre-
hendentes reduxerunt, singulisq; Cru-
cibus singulos appendentes ad Chri-
stianorum confusionem, supra muros
omnes suspenderunt. Hi si fidem facie-
bant, & in fide, timore poenarum non Christus
nutabant, haud dubium, quin Martyres martyri-
zatur à
fuerunt.

Non solum autem ab infidelibus malis
Christus martyrizatur, sed etiam à malis Christianis.

182 CHRISTVS CRVCIFIXVS

Christianis, per pauperum iniurias quodidie configitur & flagellatur:

Casari. cap. 28.

VI.

AMATOR CRVCIFIXI

76.

*detestatur omnibus modis Sedariorum in
Crucifixum impietatem.*

*Rabies ha-
reticorum
in Cruci-
fixum.*

HÆRETICORVM furor & insania iā
Dominum immortalem & impas-
sibilem ad dexteram Patris sedentem,
quia exemplo Iudæorum, olim cum
CHRISTO viuentium, in CRVCEM agere
non possunt, pari tamen infidelitate &
rabie in CRVCIFIXVM odium impietatis
exercent, verborum lapides iaciunt. &
si possent, de throno cum suo in CRV-
cem retraherent.

Nimirum, *manet mentium vasanarū
voluntas, cessante licet voluntatis effectu
& malignum animum malevolentia stu-
dium, absente mali operis occasione, non de-
serit, vt scribit S. Hilarius, a.*

*Caluini-
sta.*

A Calvinistis scimus CRVCIFIXI i-
maginem abreptam ē templo appensam
esse patibulo. Sacerdotem etiam, vt di-
reptus fuit, Imagini CRVCIFIXI suffixū
sclopetis interemerunt. Non celare potest
odiu, quod pectore per uoluit versatq; impius
in go